Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26345
Copyright: Admont, Benediktinerstift

16

quod vulgo cannata dicitur, pro signo generali adde sicut premissum est digitum in
curvum adiuncto uni signo. Pro signo vasis in quo acetum portari
solet, premisso precedente signo, adde signum aceti. Eodem modo
facies signum vasis sinapis addito eidem sinapis signo. Pro signo vasis
vinarii quod a plebe luber nuncupatur, pro signo generali lignis rursum inde
cum utrumque superdicto modo incurva, quod commune est omnium vasorum
que binas aures habere videntur, signumque uni ad ultimum addas.
Sic etiam vasis in quibus panis portari solet, pro signo generali signo ligni pug
nis etiam super invicem iunctis humeroque adhibitis ipsum porta
torem simula. Pro signo scutelle in quam mice recolligi solent, scu
telle signum premittis, deinde cum dextra in interiori alterius simula
colligentem easdem cum flabello ad hoc ipsum aptato. Pro signo predicti
flabelli pro signo ligni quod postremo dictum est adiungas. Pro signo cuppe
vinarie pro signo ligni manum utramque paululum inflexam ad invicem
coniunge et in quantum potes circumvolve addito demum uni signo.

Semper addendum est panis signum.

Pro signo fustis quo vinum vel aliud huiusmodi portari solet.

De signis vestimentorum.

Pro signo staminei manicam eius
tene cum tribus digitis, idem minimo et duobus sequentibus. Pro signo femo
ralium pro signo generali signo linei panni manum in femore de deorsum trahas,
quasi qui se femoralibus vestit. Pro signo frocci manicam eius tene eodem modo quo
staminei manica tenenda est. Pro signo pellicii de una manu omnes
digitos expande et ita in pectore positos contrahe, quasi qui lanam con
stringit. Pro signo gunelle pro signo frocci adde signum subtalis, pretermisso tamen
crucis signo. Pro signo cuculle premisso itidem signo frocci adde ut cum duobus
digitis capitium tangas. Pro signo calceorum digitum digito circumfer, quasi
qui calceos cum corrigia ligat, addito signo diei. Pro signo nocturnalium
calceorum manum in maxillam ponas sicut dormiens solet. Pro signo pedu
lium digitum digito circumfer et hoc adde ut cum digitis teneas
manicam frocci. Pro signo pedulium villosorum qui usitato sermone vocantur.